



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

De vitanda Gula. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

Eius sororem esse detractionem, vitium grauiſſimū; quod oratorio quodam modo peius esse dixit sanctus Chryſoſtomus, quā corpus occidere. occidit enim detractor, & quasi dilaniat famam; quæ pluriſ est facienda, quā vita.

De Luxuria. Cap. XIII.

DE Luxuria pluribus dicat, adimere vſum rationis, homines belluas efficere; eius comites esse pœnitentiam & infamiam, esse plerunquē pœnam peccati.

De vitanda Gula. Cap. XIIIII.

DE vitio Gula, quæ est inordinatus appetitus cibi, cūm dixerit, inculcet edendum, vt viuamus; non viuendum, vt edamus: paucis minimisq; contentam esse naturam: plures iugulasse gulam, quā gladium: saturitatem fame peiorem, vt sanctus probat Chryſoſtomus: gulam matrem incontinentiæ, et altricem egritudinum, ac multarum miseriarum esse. Acrius reprehendet pauperes, qui gula indulgentes, rem familiarem minuunt.

De vitanda Ira. Cap. XV.

IRAM vitandam probabit, quia est comes stultitiæ, inimica consilij, mater pœnitentiæ, nutrix iurgiorum, inimicitiarum, & variarum calamitatum: audienda illa verba beati Augustini: Volo vos irasci, vt non peccetis: vt autē non peccetis, quibus debetis irasci, nisi vobis? quid est enim homo pœnitens, nisi homo sibi iratus?

De Accidia vitanda. Cap. XVI.

CV M verò de Accidia vitanda sermonem habebit Ecclesiasticus orator, eam originem vitiorum nominabit,